

D15 Extra tekst 3

Tanaquil et Lucumo

Een van de zeven koningen van Rome, Lucius Tarquinius, oorspronkelijk Lucumo gebeten, kwam door een goddelijke beschikking in Rome terecht en aan de macht. We kennen dit verhaal dankzij Livius die erover schreef in zijn boek 'Ab Urbe Condita'.



Livius nobis narrat Tanaquilem, feminam claram et pulchram, Lucumonem amavisse; eos autem in eorum urbe habitare non iam voluisse: alios enim viros et feminas Lucumonem laesisse.


Deinde Livius narrat Tanaquilem consilium cepisse et marito dixisse:

“Cives nos urbem nostram relinquere cogunt. Urbem novam tecum quaerere in animo habeo.”

Itaque Tanaquilem cum Lucumone Romam petivisse; coniuges Romae iam appropinquavisse et tum subito aquilam in caelo vidisse et Tanaquilem magna voce exclamavisse: “Lucumo, scio deos aquilam mittere ad nos et nobis ita bonam vitam promittere!”; Lucumonem laetum verba uxoris audivisse.

Postremo Livius narrat eos Romam venisse et ibi villam magnam aedificavisse; tum Lucumonem nomen mutavisse in ‘Lucium Tarquinium’; multos viros eum laudavisse; eum postea etiam filios regis docuisse; itaque Romanos Tarquinium novum regem fecisse; Tarquinium regem multa bella cum aliis gentibus gessisse, templa aedificavisse, spectacula magna fecisse.

clarus = beroemd / civis, -is = burger / aquila = adelaar / villa = landhuis / docere, docui + acc. = iem. les geven / licet: perf. licuit / quintus = vijfde / gerere, perf. gessi



De adelaar pakt Lucumo's hoed op en plaatst hem vervolgens weer terug. Tanaquil wist zo dat haar man voorbestemd was om koning te worden!